



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

29. An quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgentiæ præscribitur simpliciter, & indeterminatè eleemosyna, hæc facienda sit secundum qualitatem personæ? Et quid est dicendum quando in Bulla præcipitur ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

prædicta opera non peregerit tempore constituto, tamen quando ad penitentiam accedit, verè dicitur impotens. Neque obstat quod voluntarie omittens non dicitur impeditus, c. fin de elect & c. commissa, eod. in 6. quia licet hi impedimentum in causa, tamen tunc non est voluntarium. Quare si quis petret communionem suorum, vel dilationem consecutionis Iubilæi, ob id solius, quia non vult illo tempore lucrari, cum tamen comode posset, talis non esset capax illius dispensationis, quia non diceretur impeditus. Verum si iam omisisti opus temporis addictum, nec esset tempus illud agendi, & premiteret, non diceretur impedimentum amplius voluntarium, sed necessarium ex supplicatione. Neque etiam obstat quod sit clausum tempus, cui addicta erant ieiunia, quia datur regulariter Confessorio facultas differendi singula, & omnia opera, & hac facultas, ut supponimus nondum excusat.

*1. Hinc rectè & doctè, ut semper solet, Angelus Bullas in tract. de Iubilæo, sect. 1. cas. 8. & 39. duo firmat. Primum quod Confessorius penitentem, qui visitavit Ecclesiæ flatus diebus, & di Sabbatho confitetur, si dubitat probabiliter cum permansum in occasione peccati, tunc illum absoluat, potest differre absolutionem, & communionem ultra tempus in Bulla statutorum per aliquot hebdomadas, ut eruat illum ab occasione peccatorum, & redditur moraliter certus, quod illa non redibit, & postea eum à referuntibus absolare validè potest. Secundum, quando quis ad finem Iubilæi vult confiteri, sed ob longam confessionem, praे quia habet causus valde difficiles & intricatos, Confessorius pro tempore angustia nequit illum integrè audire, possit idem Confessorius illum absoluere intra tempus Iubilæi à censuris, & à casuum resseruatione, & differre absolutionem peccatorum in aliud tempus, & hunc tempore Iubilæi illum absoluere, ita quod dignitatem absolutionis remaneat absolutus, & consequenter fructum Indulgentiarum Iubilæi. Sed ex his originibus dubium.*

## RESOL. XXVII.

*An in Iubilæo extra tempus quadraginta posse quis comedere lactescia sine Bulla Cruciate?*  
Et posse adduci confutatio in contrarium?  
*Ita an in dubio de tali confutardine, an fuerit introducta anima se obligandi, vel causa devotionis, & beneficis, presumendum sit non obligare? Ex part. 3. tract. addit. R. s. 10.*

*1. Pro affirmativa sententia, quæ nimis laxa imprimet aliquibus visa est in part. 1. tract. 9. res. 6. sed ad alios Doctores, quibus nunc adeo Philippum de la Cruz, in Thes. Eccles. tr. 1. §. 20. n. 9. vbi sic ait.] Si los publicos vienen en quaresma se puede ayunar y cumplir comiendo huevos, y cosas de leche teniendo bula, no porque lo pida el Iubilico, sino por ser quaresma, y el año viendo aunque no la tengan comiendo los dichos manjares, cumplen con las tales ayunos.] Sic illis confutado nescio an sit scienter & sponte inducta, sed ob frequentes Bullas, quas ferè omnes captiunt, putato vicos simpliciores per errorum se obligare: & in Sicilia & in Hispania talis confutando nescio quo pacto possit probari, eo quod abhinc quinquaginta annis maius pars populorum, quæ sola posset & debet confunditatem introducere ex priuilegio Bullæ comedit oua & lactescia. Ergo circa hoc nullus vsus allegari potest, qui introducerit confutardinem per modum præcepti, cum nullus fuerit usus huius abstinentiae.*  
*2. Addit quod in tali casu non sufficeret usus & con-*

*suetudo, nisi haec facta fuissent animo se obligandi, sunt enim haec duo valde diversa, nam potest intendi per se usus & consuetudo, & non intendi animo se obligandi, sed tantum ex deuotione.*

*3. Et cum haec res sit valde dubia, an videlicet in tali consuetudine si extaret, fuerit animus & intentio totius populi se obligandi ad talem abstinentiam lactesciarum, sequitur inclinandum esse in eam partem, ut consuetudo potius sit deuotionis & honestatis, quam obligationis, quia in dubio nemo presumitur velle se obligare, & melior est conditio possidere. Et ita haec omnia præter Vasquez, Sancium, Suarez, à me alibi citato, tenet & docet nouissimè Aegidius Trullench, in solutionibus Bull. Cruciate, l. 4. dub. 3. n. 4.*

*Sup. hoc inf. in R. 6. ex Ref. 3. §. 6. & in aliis §§. eius not.*

## RESOL. XXVIII.

*An si in Bulla præcipiatur tribus diebus ieiuniorum fieri orationem, eleemosynam, &c. an iisdem diebus facienda sit?*

*Et an, quando exprefse Bulla non dicit, ut oratio, visitatio, & eleemosyna fiat tribus diebus, sed tantum indeterminatè mandatur Ecclesiistarum visitatio, oratio, eleemosyna, ac sufficiat semel visitare, orare, & eleemosynam facere, etiam die Dominico, non solum ante, sed post Communionem? Ex part. 5. tract. 12. R. s. 22.*

*§. 1. Respondent affirmatiū communiter Doctores. Nam opera in Bulla præcripta non possunt anticipari, vel postponi, quia ad lucrandas Indulgencias seruanda est forma præcripta; unde in hoc casu non valet regula illa quod plus soluit qui ante tempus soluit, neque alia quod nihil refert quod de aquipollentibus fiat. Ita Sanctarellus de Iubil. c. 7. dub. 1. Leo de Iubilæo, p. 2 n. 146. Lauorius de Iubilæo, p. 1 c. 1. n. 8. & seq. Reginald. tom. 1. l. 7. c. vlt. num. 184. Fillius. tom. 1. tr. 8. c. 10. n. 255. & alij.*

*2. Verum his non obstantibus Angelus Bossius de Iubilæo, sect. 4. cas. 8. num. 9. cum aliis docet probabile esse eum, qui ob probabilem ignorantiam obliuionem, vel incogitantium, sive inaduententiam, vel imprudentiam absque alia culpa & negligientia omittit orare, ac eleemosynam facere usque ad Sabbathum, & tunc faceret eleemosynas ac orationes nobilitarer maiores, quām tribus diebus facere tenebatur, ex quadam æquitate & tacita indulgentia, seu Papæ intentione lucrari Indulgenciam. Et verisimile est Papam si de hoc casu esset interrogatus ita pro sua pietate responsurum. Vnde ex his infert ex Nauarioru idem Bossius, cum qui feria 4. facit eleemosynam æquivalentem tribus diebus faciendam, lucrari Indulgenciam, ex eadem æquitate, & tacita concedentis mente. Adde, quia in his casibus videtur impleri voluntas Papæ ordinantis eleemosynam ad subleuamen pauperum.*

*3. Notandum est tamen quod quando Bulla expresse non dicit ut oratio, visitatio & eleemosyna fiat tribus diebus, sed tantum indeterminatè mandatur Ecclesiistarum visitatio, oratio, & eleemosyna, sufficiat semel visitare, orare, & eleemosynam facere etiam die Dominicano non solum ante, sed post communionem. Ita Henriquez l. 7. c. 10. n. 6. & alij, quos citat & sequitur Bossius vbi supra, num. 14.*

*Sup. hoc inf. in Ref. 3. 2. 9. Dico quarto, & in alio §. eius not.*

## RESOL. XXIX.

*An quando in Bulla Iubilæi, vel Indulgenciarum præscribitur simpliciter, & indeterminatè eleemosyna, hac facienda sit secundum qualitatem personæ?*

*Et*

*Et quid est dicendum quando in Bulla præcipitur eleemosyna facienda iuxta facultates cuiusque? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 14.*

Sup. hoc in Ref. seq. in §. Notandum, & inf. in Ref. 32, cursum in §. Di- co igitur, & cum codem Layoio tā- tum hic sit, & in Ref. 33. §. vlt. & sup. in Ref. 39. tract. 1. §. De quantitate, cuius ad medium.

**A**ffirmatiū responderet Navarr. in comment. de Inbil. not. ab. 3. n. 34. Corduba de Indulgent. lib. 5. queſt. 22. Laurius de Inbilao, part. 1. cap. 21. n. 46. & Reginald in praxi tom. 1. lib. 7. cap. viii. 4. num. 187. ubi sic ait. Septimum documentum est Indulgentiam, quia conceditur danti, vel facienti aliquid indeterminatum, ut auxilium praebenti, vel oranti, acquiri ab eo, qui dat, vel facit, propter sua personae congruit, nempe a paupere parum dante, a diuite vero dante multum. Ita ille.

2. Sed proſus contrariam sententiam tenendam esse puto, ideo ad propositum dubium negatiū respondeo cum Fausto tr. de Inbil. lib. 4. q. 49. Sanctarelo de Inbil. c. 7. dub. 1. Leone de Inbil. p. 2. n. 132. Suarez in 3. part. tom. 4. disq. 2. sed. 8. num. 3. & seq. Filiicio tom. 1. tr. 8. cap. 6. numero 166. Rodriquez in Bulla Crue. §. 7. num. 4. & alii. Uico igitur quamlibet parvam eleemosynam etiam vnius oboli sufficere ad lucrandum Inbilaeum, dum non est determinata quantitas, & ratio est, quia illa conditio eleemosyna indefinite proposta per quamlibet eleemosynam etiam minimam adimpletur, nam, ut Aristoteles I. Periherm. testatur, ad veritatem propositionis indefinite quamlibet singularis sufficit.

3. Sed quid dicendum quando in Bulla præcipitur eleemosynam faciendam esse iuxta facultates cuiusque? Aliqui apud Cæsarem Bottonum in obseruat. sup. Bull. Sixti V. fol. 196. afferunt in tali casu sufficere ad lucrandam Indulgentiam, etiamsi diuites non solum pauperes darent eleemosynam minimam. Probatur haec opinio, quia si non sufficeret qualibet eleemosyna, sed esset facienda proportionate iuxta qualitatem personarum & facultatum, fideles numquam posset scire se lucratos Indulgentiam, sed ferè semper remanerent dubij de consecutione, cum difficillimum esset scire quantitatem eleemosyna qualitatibus personarum, & earum facultatibus proportionatam. Secundū, quia si eleemosyna necessariò esset facienda secundū qualitatem personae, oportet ut Reges & Principes darent pro eleemosyna centum & millia seutorum, & sic nimis difficilis redderetur consecutio Indulgentie. Tertiū cum Summi Pontifices concedunt Indulgentiam plenariam porrigitibus manus auxiliatrices ad fabricam aliquipius Ecclesiæ, si verba deberent intelligi de eleemosyna proportionata facultatibus cuiusque & qualitati personæ, colligeretur tanta pecunia summa, que non pro vnius tantum, sed plurimorum Ecclesiarum fabrica sufficeret, quod non est verisimile id intendi à Papa, ergo, &c. Et hanc sententiam probabilem esse putat Angelus Bossius de tripli Inbilao, ſect. 4. cas. 21. n. 29. iuncto n. 35. qui n. 32. exponit hanc sententiam, ut minima quantitas eleemosyna respectu cuiusque non sit mensuranda mathematicè, mensurando, ut aiunt, omnes cuiusque facultates calamo & atramento, sed moraliter & prudenter viri arbitrio, & in viuierum sufficiet, ut detur eleemosyna competens statu iuxta eleemosynam, quae homines talis status communiter solent facere extra Inbilaeum, v.g. vir nobilis confuevit dare in eleemosynam Iulium vnum, talis etiam eleemosyna sufficeret ad lucrandam Indulgentiam, concessam sub onere eleemosyna iuxta facultatem, & si iniuncte fuerint tres eleemosynæ, sat erit, si det tres Iulios. Artifex confuevit dare vnum solidum pro eleemosyna, eleemosyna vnius solidi sufficiet pro lucro Indulgentie. Baro confuevit dare tres Iulios, Princeps scutum, Rex duos aureos, satisfacient & lucrabuntur Indulgentiam, si talem eleemosynam erogent. Ita Bossius.

## RESOL. XXX.

*An quando in Inbilao Superior non vult aliquid dare pro eleemosyna, possit illum subditus clavis a Monasterio accipere?*

*Idem est in predicto casu de Monialibus, vxoribus, filiis seruis, & mancipiis respectu Abbatissæ, Moniti, Paris, & Domini.*

*Et an, quando in Inbilao eleemosyna dandare relinquitur uniuscuiusque arbitrio, sufficiat minima?*

*Et an sufficiat dando eleemosynam illi, quem puto esse pauperem, cum re vera sit diues, & fingat se pauperem?*

*Et an pauperes ficti obligentur restituere, qua per eleemosynas minimas accepissent? Ex p. 10. tr. 15. & Mise. Ref. 22.*

**S. I.** **N**egatiū nominatim contra me responderet Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disq. 14. queſt. 54. Quia in tali caſu vel dicendum est Religiosos etiam nouitios, qui non habent proprium, & non possunt aliquid dare, absque eleemosyna lucrari Indulgentias concessas sub onere eleemosyna, ut nuper diximus de paupere, & tenet Graffius lib. 2. append. capite 5. numero 58. vel quod facilior, & via via operari, ut possint Indulgentias, & Inbilaeum lucrari commutationem eleemosyna in aliud opus petendo. Ita ille.

2. Sed licet haec omnia non reprobem, sententiam tamen, quam docui iterum admittit, & illam me citato nouissime docet Paschaligus in Praxi de Inbilao decis. 129. numero 6. Quia cum Superior iniuste, & irrationaliter procedat, poterit subditus aliquid de Monasterio accipere, vt det pro eleemosyna. Tunc enim illa voluntas non est voluntas Superioris, quia non est talis, qualis deberet esse, imo contraria voluntati rationabili, quam deberet habere, & ideo potest subditus operari ex præsumpta voluntate Superioris rationaliter procedentis, & ex licentia ipsi debita. Rursum cum res. & bona Conuentus finit definita in vsum Religiosorum, & sint in iporum communione conuertenda secundam mensuram Regula, habet quisque ius ad talem vsum; Vnde si ei denegetur, sit ipsi injuria, quia Monasterium se illi obligavit ad ipsum alendum, & ipsi prouidendum de necessariis. Vnde si ipsi iniuste subtrahant necessaria, qualis est materia eleemosyna, pro Inbilao, poterit propria auctoritate sumere. Oppositum tenet Gobat. de Inbilao cap. 19. num. 217. quia non Religiosus non teneat nisi habeat, aut potest aliquid dare ex iis, quae sibi permittuntur à Superioribus, vt inculum, &c. Verum non excusat ab eleemosyna constat ex dictis queſtio. 127. quia habet apud Monasterium vnde largiatur eleemosyna, & quamvis possit largiri inculum, aut quid simile, adhuc potest capere de bonis monasterij, quia habet ius ad vnum ipsorum quo rationabiliter priuari non potest. Addit quod dare inculum, aut quid simile, non est actus misericordiae, cum non subleuet miseriama corporalem, atque aded nec eleemosyna, sed liberalitas. Hucque Palaqualigus, cui addit me citato Lezanan in Summa tom. 4. ver. Inbilaeum, numero 14. Quintanadueñam in casibus de Inbilao, duaram hebdom. cap. 9. numero 8. sic afferenter [ Si el Prelado no quiere dar esta limosna, puede el Religioso darla de los bienes de su vlo, o del Conuento, o de lo que otro le dé como sea sin escandalo. Lo mesmo se entiende de las Monjas, de las casadas, hijos, y esclavos respecto de su Superiores, Maridos, padres, y Señores.] Ita ille, & sicrum ego.

3. Nec